Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

filij sit verij dei Si quid pecieritis patrem in nomine
meo hoc faciam eadem utique, quia et pater. Si dili=
gitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo pa=
trem meum et alium paracletum dabit uobis. ut maneat uobiscum in eternum.
Non eum auferet a uobis sicut dixit uobis humanitas mea
per mortem. sed eternalis erit uobiscum. hic per gratiam et
in fide per filiam. spm veritatis qui est essencialiter ipsa
veritas et veritatem docet. quem mundi et homines mun=
diales affectum in cordibus ponentes non potest accipere. qua
non sunt ad hoc dispositi. quia non videt eum nec diri=
git in eum oculos adipsum. nec scit aut agnoscit eum. quibus
solaria dona sensibilia sunt nota. Vos autem agnoscetis
eum per sapiem reuelacionem. quia apud uos manebit. et
in uobis erit. Non relinquam uos orphanos. Ve=
nam ad uos non solum spiritualiter consolando. sed etiam corpo=
raliter visitando et in fide confirmando. Adhuc modicum
et mundus iam me non videt. Vos autem videbitis me.
quia ego uiuo et uos uiuetis. In illo die cognoscetis
quia ego in patre meo. et uos in me. et ego in uobis.
non per essencie unitatem. sed per mutua dilectoris. Qui
habet mandata mea in aure ad audiendum. et corde
ad meditandum. et in ore ad docendum. et seruat ea
opere adimplendo. ille est qui diligit me. quia probacio
dilectionis est exhibicio operis. Qui autem diligit me.
diligetur a patre meo. Et ego diligam eum. et manifes=
tabo eum meipsum. pacem visionis deitatis in gloria celesti.
Dicit ei iudas non ille scariothis. Domine quid factum est
quia manifestaturus es teipsum nobis et non mundo.
Unde nobis tanta excellencia respondit ihs et dixit ei.